



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

Antipharmacum.

HÆC omnia elidit illud Redemptoris nostri pronunciatum. Ioan. 3. Amen Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua ex Spiritu, non potest introire in regnum Dei: Hoc effatum generale est à quæ ad infantes ac alios pertinens. Et scriptura testatur; saluos nos fieri per lauacrum regenerationis. Ergo ante consecutionem huius lauaci nemo salutem obtinet: Neque dicit scriptura: salutem nostram per regenerationis lauacrum obsignari: Sed tum primum obtineri; quandoquidem ante hoc lauacrum omnes sunt filii ire: nec insocietatem filiorum Dei cooptantur, nisi per baptismatis Sacramentum. *S. Augustin.*
Epist 28. Quisquis dixerit, inquit S. Augustinus, quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine Sacramenti perceptione de vita excipiunt, hic profecto & contra Apostoli Prædicacionem venit & totam condemnat Ecclesiam. Caluinus ergo & Beza aduersantur Apostolo, & totam Ecclesiam condemnant. Nam ut ibid. S. Augustinus scribit, Christi Ecclesia nec parvulos recentissimè natos à damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis Sacramentis commendauit, posse liberari. Caluini ergo & Bezæ Ecclesia, quæ contrarium credit, docet, prædicat, non est Christi Ecclesia, sed satanæ Synagoga.

Quæritur XVIII. Vtrum infans possit ac debeat baptizari, quando nec dum plenè ac perfectè ex utero prodidit, sed tantum manu, vel pede, vel capite prominet, præsertim si periculum sit, ne ante moriatur, quam toto corpore in lucem exponatur.

Respondet Lutherus in Colloq. Symposiacis, negatiuè quia homo priusquam baptizatur, totus debet esse natus
quia

quia Christus dicit: Es sey dann daß der Mensch ges
born werden. Ioan. 3. Nisi quis natus fuerit, &c.

Antipharmacum.

Q V A M V I S Ioannis cap. 3. non dicatur absolute; nisi
quis natus fuerit; sed, nisi quis renatus fuerit denuo; hoc
est, secundo, per natuitatem spiritalem, quam scri-
ptura vocat, regenerationem, quae in baptismo perficitur;
id tamen non refert, quia Casus nostro plenum suppetit
ius, scripturas arbitratu suo citandi, explicandi, ver-
tendi, flectendi & inflectendi: hinc etiam iure suo singe-
re hic potuit; Christum dicere; hominem non posse in-
troire in regnum Dei, atque adeo neque baptizari, nisi
prius plenè & perfectè ex utero materno processerit: li-
cet membro aliquo ex præcipuis existet; quod paulò
post in §. Von der Tauffe / so von Weibern in der
Noth geschicht: De Baptismo, qui à mulieribus in casu ne-
cessitatis confertur; Lutherus iterum ingerit.

Vide autem, quām acutē probet Lutherus suam o-
pinionem: Quia anima non est tota in qualibet parte
infantis: Ergo homo non potest baptizari, nisi plenè & per-
fectè exierit ex utero. Dicer Irthumb kompe vom Ari-
stotele her / der schreibt / daß die Seel sey in einem
iedlichen Stück / oder Gliedmas der Menschen. Error
iste / infantes exstantes membro aliquo principaliore,
baptizari posse, cum scilicet periclitantur de vi-
ta) natus est ex Aristotele, qui scribit, animam esse in
qualibet partem seu membro hominis. Vbi innuit Luthe-
rus, animam humanam non esse totam in toto, & totam
in qualibet parte hominis; sed totam in toto, & partim
seu partialiter, in parte; atque adeo eam esse diuisibi-

D 3 lem;